

Non mente voluunt matris infaustæ mala.
 Puerulis animus gravibus haud curis patet. „
 Antiquum herilis familiæ peculium, Pæd.
 Quid sola stabas conquerens propter fores?
 Abs te relinqui sola, Medea ut feret?
 Senex minister liberorum Jasonis, Nut.
 Mancipia frugi, si quid evenerit heris, „
 Acquè dolere suo decet ut incommodo. „
 Vis me doloris eò redegit, ut solo
 Cœloq; cogar evomere dominæ mala.
 Quid? m. fera nondum luctui statuit modû? Pæd.
 A fine tantum luctus, o bone vir, abest, Nut.
 Ut hæc doloris sola sint primordia.
 O stulta, siquidem sic decet de heris loqui, Pæd.
 Ut nil malorum comperit recentium:
 Quid istud est? ne pigeat effari, senex. Nut.
 Nil. extulisse me priora pœnitet. Pæd.
 Amabò, me conservus haud celaveris. Nut.
 Nam si necesse est, spondeo silentium.
 Sacras ad undas abeo Pyrenes, ubi Pæd.
 Sedere soliti sunt ad aleam senes.
 Colloquia dum clàm capto secreta, audio
 Exigere pueros ut Corintho cogitet
 Cum matre, regni sceptrâ qui hic tenet Cre-
 Verús ne rumor hic sit, haud certò scio. [on:
 Falsum esse malle, ac falsus ut sit com-
 Et hæc Jason liberis fieri sinet, [or. Nut.
 Iratus